

buam in visceribus eorum : et auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum ;

20. Ut in præceptis meis ambulent, et iudicia mea custodiant, faciantque ea : et sint mihi in populum, et ego sim eis in Deum.

21. Quorum cor post offendicula et abominaciones suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.

22. Et elevaverunt cherubim alas suas, et rote cum eis : et gloria Dei Israel erat super ea.

25. Et ascendit gloria Domini de medio civitatis, stetitque super montem, qui est ad orientem urbis.

24. Et Spiritus levavit me, adduxitque in Chaldaeam ad transmigracionem, in visione, in spiritu Dei : et sublata est à me visio quam videram.

25. Et locutus sum ad transmigracionem omnia verba Domini quæ ostenderat mihi.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ELEVAVIT ME. Sunt qui putent auctore R. David, hanc eandem esse visionem, quæ capite 8 descripta est ; repeti autem hæc aut continuari. Hæc enim omnia prius facta fuisse, quam quæ capite nono et decimo scripta sunt. VIGINTI QUINQUE VIRI, illi scilicet, qui dorsa ad templum habebant obversa ; qui pro ferè omnibus, aut pro principibus ponuntur.

VERS. 5. — NONNE DUBEM, id est, nonne domus jam dudum edificatae manent, postquam Jeremias urbem evertendam prædixit ? aut, nonne domus edificatae sunt novæ, postquam Jeremias antiquas prædixerat evertendas ? Hebr. ad verbum : *Non in propinquo edificare domos.* Quæ verba R. Salomon et R. David sic interpretantur : Non propè est urbis eversio, quam nobis Jeremias prædixit ; edificare domos, infinitum pro imperativo ; non tam citò evenient quæ propheta nobis de hujus eversione vaticinatus est. Itaque licet nobis novas edificare domos. HÆC EST LEVENS, NOS AUTEM CARNES, id est, quemadmodum carnes ex lebetem non extrahuntur, donec satis coctæ sint : ita nos non abducemur ex hæc urbe in captivitatem, donec confecto naturali vite cursu moriamur.

VERS. 6. — PLERIMOS OCCIDISTIS. Iniqui iudicis innocentes condemnantes, ut dixit cap. 7, 25 : *Terra plena est iudicio sanguinum, et civitas plena iniquitate.* et cap. 9, vers. 9 : *Repleta est terra sanguinibus, et civitas repleta est aversione.*

VERS. 7. — INTERFECTI VESTRI. Metaphoram quæ viginti quinque viri usi fuerant, in contrarium sensum subtiliter convertit, quasi dicat : Verè dicitis hanc urbem esse lebetem ; sed carnes ejus non estis vos ; sed ille, quos vos in eâ iniquè interfecistis ; quæpropter vos non in eâ manebitis ; sed abducam vos de medio ejus.

VERS. 8. — GLADIUM METUISTIS. Affirmatio tacitam negationem includens ; ac si dicat, non timuistis captivitatem, sed gladium, id est, bellum Babyloniorum : idèoque misistis legatos in Ægyptum, ut auxi-

terai de leur chair le cœur de pierre, et je leur donnerai un cœur de chair ;

20. Afin qu'ils marchent dans la voie de mes préceptes, qu'ils gardent ce que je leur ai ordonné, et qu'ils le fassent ; qu'ils soient mon peuple, et que je sois leur Dieu.

21. Mais pour ceux dont le cœur s'abandonne à ce qui leur est un sujet de chute, et à leurs abominations, je ferai retomber leurs crimes sur leurs têtes, dit le Seigneur Dieu.

22. Alors les cherubins élevèrent leurs ailes, les roues s'élevèrent avec eux, et la gloire du Dieu d'Israël était sur les cherubins ;

25. Et la gloire du Seigneur monta du milieu de la ville, et alla s'arrêter sur la montagne qui est à l'orient de la ville.

24. Après cela, l'Esprit m'enleva, et me ramena en vision par la vertu de l'esprit de Dieu, en Chaldée, vers le peuple qui était captif ; et la vision que j'avais eue s'évanouit de mon esprit.

25. Et je dis au peuple captif tout ce que le Seigneur m'avait fait voir.

lium peteretis, Jerem. 2, 18. Idèò utrumque vobis inducam et gladium quem timebatis et captivitatem quam non timebatis.

VERS. 9. — IN MANUM HOSTIUM. In manum alienorum, ut etiam Sept. vertentur, id est, in manus Babyloniorum. ET FACIAM IN VOBIS JUDICIA, id est, castigabo vos pro meritis vestris ; summam dignas de vobis penas, ut cap. 5, 8 : *Faciam in medio tui iudicia in oculis gentium.*

VERS. 10. — IN FINIBUS ISRAEL. Adhuc alludit ad lebetem ; quasi dicat : Non moriemini in hæc urbe, confecto vite cursu, sicut carnes in lebetem, et vos existimatis ; sed in finibus Israel, id est, in Reblathâ, ubi Nabuchodonosor, dum expugnaretur Jerusalem, sedem fixerat ; ibidemque filios Sodeciam et principes interfecit, ipsunquæ Sodeciam orbavit oculis, 4 Reg. 25, 6, et Jerem. 59, 5, et 52, 9. Erat autem Reblatha in finibus Israel. Ita et nostri Hebræorum interpretes exponunt.

VERS. 15. — PHELTAS FILIUS BANAE. Hic virus erat ex viginti quinque illis viris qui Jerosolymitanos cives pervertebant, ut dixi vers. 1. Quare merito queri potest, cur Ezechiel ob ejus mortem dolens clamaverit. Respondet R. David non ejus causâ, quia impius erat, doluisse ; sed quia, cum princeps populi esset, subito eum mortuum esse vidisset, existimavi omnem prostris populum periturum. CONSUMMATIONEM FACIS ? per interrogationem legendum, id est, an perdes omnino omnes reliquias Israel ? ut dixit supra, cap. 9, 8, contra quam per Jeremiam promissisti, cap. 4, 27, et 5, 10.

VERS. 15. — FRATRES TUI, VIRI PROPINQUI TUI. Incipit laudare, consolarique eos qui se regi Babylonis spontè tradiderant : promittit enim illis liberationem. Oratio est suspensa ; sunt enim multi nominatim sine verbo, Hebræorum more. Tota oratio sic resolvenda est Latine : Fili hominis, fratris tui, fratris inquam tui, et propinquis, atque cognatis tuis, et omni domui Israel, universisque, quibus dixerunt habitatores

Jerusalem : *Longè recedite à Domino* (id est, ab Jerusalem, ubi Dominus in templo suo habitat, iteque in captivitate) nobis enim hæc terra in possessionem data est (id est, in eâ manebimus, nec ab eâ Deus nos ejici patietur) ; his, inquam omnibus, quia eos inter gentes dispersi, ero in sanctificationem modicam. Hebr. : *In sanctuarium modicum in terris ad quas veniunt ; quasi dicat : Illi qui Jerosolymis manent, quique existimant se templum Jerosolymitanum egregiè retinere, non habent templum, quia solos parietes sine Deo habent, jam enim gloria mea inde recessit, ut cap. precedenti, vers. 4 et 18, dictum est, et ab istis parietibus, quos retinetis, paulò post ejiciemini. Illi autem qui in captivitate sunt, quosque vos putatis à templo discessisse, templum habent, quia me habent, qui ero illis in templum modicum, id est, ad breve tempus, tansiper dum eos in patriam reduco.*

VERS. 17. — LOQUERE, iis qui in captivitate sunt, ut eos consolere. Hactenus propheta vaticinatus fuerat iis qui manserant in Jerusalem tristia, nunc jubetur iis qui in captivitate, jucundam liberationem prædicere, quæ omnia eò spectant, ut illi qui Jerosolymis erant, audientes liberationem captivis promitti, sibi verò liberis captivitatem denuntiare, ad penitentiam moverentur.

VERS. 18. — ET INGREDIENTUR ILLIC. Mutatio personæ : prius enim per secundam personam de iisdem loquebatur : *Congregabo vos de populis, et adducam de terris in quibus dispersi estis.* ET AUFERENT OMNES OFFENSIONES, id est, idola, quæ nunc in eâ sunt ; idola enim, offensiones et abominaciones vocat, quia eos offendere faciebant, Deoque reddebant execrabiles, ut supra, cap. 5, 11, et Jerem. cap. 4, 1. Hæc quamvis historicè de Jerusalem à propheta dicta sint, longius tamen spectant ad Ecclesiam evangelicam, et reliquiarum Judæorum ad eam reductionem.

VERS. 19. — ET DABO EIS COR UNUM, id est, mihi soli deserviens, non item idolis. Nunc enim divinum quodam modo habent cor, quia et me et idola colunt. Sic interpretatur R. David, eodemque sensu veritè Chaldaeus paraphrastes. Alii *cor unum*, id est, simplex vocari putant, quasi dicat : Faciam ut me simplici ac sincero animo colant. Alii, *unum*, id est, amicum atque consentiens, quod in Christianis D. Lucas, in Actis cap. 4, vers. 32, factum fuisse scribit : *Multi-*

CAPUT XII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :
2. Fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas ; qui oculos habent ad videndum, et non vident ; et aures ad audiendum, et non audiunt : quia domus exasperans est.

3. Tu ergo, fili hominis, fac tibi vasa transmigracionis, et transmigrabis per diem coram eis : transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum, in conspectu eorum, si fortè aspiciant : quia domus exasperans est.

4. Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum : tu autem egredieris

ditis autem credentium erat cor unum et anima una. Septuag. videntur pro acad legisse *acar*, alterum, verterunt enim : *Et dabo illis cor alterum, id est novum ; qui sensus magnoperè mihi placeat.* Idem enim videtur dicere voluisse, cum dixit, *cor unum*, et cum dixit, *spiritum novum.* Confirmat hæc interpretacionem, quòd Ezechiel cap. 56, 25, hæc eandem repetens sententiam, non dixit : *Dabo vobis cor unum ; sed : Dabo vobis cor novum, et spiritum novum, quoniam Jeremias cap. 52, 59 : Cor unum, et viam unam dixit.* Quid autem vocet cor alterum et spiritum novum declarat statim, cum dicit : *Auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum.*

VERS. 21. — POST OFFENDICULA, id est, idola, ut vers. 18. Hebr., *abominaciones eorum* ; idem enim significat quòd *thoabothem*, quod statim sequitur. Cor autem ambulare dicitur metaphorè Latinorum auribus durissimè, Hebræis verò usitatè pro, esse propensum. HORUM VIAM IN CAPITE SUO PONAM, id est, eos pro meritis suis puniam. Frequens Hebræis, ut supra, cap. 9, 10, et infra cap. 16, 45, et cap. 22, 51.

VERS. 25. — ET ASCENDIT GLORIA DOMINI, id est, imago illa electrica, quæ descripta est cap. 4, 26, 27, et cap. 10, vers. 1. Ea enim vocatur gloria Dei, cap. 2, 1, et cap. 5, 25, et cap. 8, 4, et cap. 9, 5, et cap. 10, 4, 18, 19. Dicitur autem ascendisse, id est, discessisse ab urbe et à templo, quæ re discessus Dei significabatur. STETITQUE SUPER MONTEM. Is erat mons Olivei, ut Chaldaeus paraphrastes, et R. David, et R. Salom. interpretantur. In eo autem monte gloria Dei stetit, ut indicaret se in eorum relicto templo recipere, ut ait Kimchi. Christus ex eodem monte in caelum ascendit, Act. 1, 12. Potest etiam mens gloriae barbaras et incultas significare, ad quas Dei gentes relictis Judæis transferenda erat. Sicut Christus dicit Math. 21, 45 : *Auferetur à vobis regnum Dei ; et dabitur genti, etc.*

VERS. 24. — ADDUXITQUE IN CHALDEAM. Re quidem ipsâ propheta in Chaldæa erat ; sed quia spiritu in Jerusalem ductus fuerat, eodem spiritu reducit. AD TRANSMIGRATIONEM, id est, ad captivos, qui ex Jerusalem in Chaldæam transmigrarent, ut versu sequenti, ut supra cap. 5, 11, 15, et Jerem. cap. 28, 46, et cap. 29, 1, 4.

CHAPITRE XII.

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et moi dit :

2. Fils de l'homme, vous demeurez au milieu d'un peuple qui ne cesse de m'irriter, au milieu de ceux qui ont des yeux pour voir, et ne voient point ; qui ont des oreilles pour entendre et n'entendent point ; parce que c'est un peuple qui m'irrite sans cesse.

3. Vous donc, fils de l'homme, préparez pour vous ce que peut avoir une personne qui quitte son pays pour aller ailleurs ; vous ferez transporter vos meubles devant eux un plein jour, et vous passerez vous-même d'un lieu à un autre, devant leurs yeux, pour voir s'ils y feront attention ; car c'est un peuple qui ne cesse de m'irriter.

4. Vous transporterez hors de chez vous, à leurs

vespere coram eis, sicut egreditur migrans.

5. Ante oculos eorum perfode tibi parietem et egredieris per eum.

6. In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferebis : faciem tuam velabis, et non videbis terram : quia portentum dedi te domui Israël.

7. Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus : vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem : et vespere perfoli mihi parietem manu : et in caligine egressus sum in humeris portatus in conspectu eorum.

8. Et factus est sermo Domini mané ad me, dicens :

9. Fili hominis, numquid non dixerunt ad te domus Israël, domus exasperans : Quid tu facis ?

10. Dic ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Super duccem, onus istud, qui est in Jerusalem, et super omnem domum Israël, que est in medio eorum.

11. Dic : Ego portentum vestrum : quomodo feci, sic fiet illis : in transmigracionem, et in captivitatem ibunt.

12. Et dux qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur : parietem perfodiet, ut educat eum : facies ejus operietur, ut non videat oculo terram.

13. Et extendam rete meum super eum, et capietur in sagena meâ : et adducam eum in Babylonem in terram Chaldeorum : et ipsam non videbit, ibique morietur.

14. Et omnes qui circa eum sunt, præsidium ejus, et agmina ejus dispergam in omnem ventum : et gladium evaginabo post eos.

15. Et scient quia ego Dominus, quando dispersero illos in gentibus, et disseminavero eos in terris.

16. Et relinquam ex eis viros paucos, ad gladio, et fame et pestilentia : ut enarrent omnia scelera eorum in gentibus, ad quas ingredientur : et scient quia ego Dominus.

17. Et factus est sermo Domini ad me dicens :

18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede : sed et aquam tuam in festinatione et morore bibe.

19. Et dices ad populum terræ : Hæc dicit Dominus Deus ad eos qui habitant in Jerusalem in terrâ Israël : Panem suum in sollicitudine comedent, et aquam suam in desolatione bibent : ut desoletur terra à multitudine suâ, propter iniquitatem omnium qui habitant in eâ.

20. Et civitates que nunc habitantur, desolate erunt, terraque deserta : et scietis quia ego Dominus.

21. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

22. Fili hominis, quod est proverbium istud vobis in terrâ Israël, dicentium : In longum differentur dies, et peribit omnis visio ?

23. Ideo dic ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Quiescere faciam proverbium istud, neque vulgò dicetur ultra in Israël : et loquere ad eos, quod appropinquaverint dies, et sermo omnis visionis.

yeux, pendant le jour, vos meubles, comme un homme qui déluge ; et vous en sortirez vous-même le soir devant eux, comme un homme qui sort de chez lui pour aller demeurer ailleurs.

5. Percez devant leurs yeux la muraille de votre maison, et sortez-en par l'ouverture que vous aurez faite :

6. Vous aurez des hommes qui vous porteront sur leurs épaules devant eux ; et vous emportera dans l'obscurité ; vous vous mettez un voile sur le visage, et vous ne verrez point la terre ; car je vous ai choisi pour être un signe à la maison d'Israël.

7. Je fis donc ce que le Seigneur m'avait commandé : je transportai mes meubles en plai-jour, comme un homme qui déluge pour aller ailleurs ; le soir je fis de ma propre main un trou à la muraille de ma maison, et je sortis dans l'obscurité, des hommes me portant sur leurs épaules devant tout le peuple.

8. Le matin, le Seigneur m'adressa sa parole et me dit :

9. Fils de l'homme, le peuple d'Israël, ce peuple qui m'irrite sans cesse, ne vous a-t-il pas dit : Qu'est-ce donc que vous faites ?

10. Dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Cette prophétie menaçante tombera sur le chef qui est dans Jérusalem, et sur toute la maison d'Israël qui est au milieu d'eux.

11. Dites : Je suis le prodige qui vous prédit leurs maux ; ils souffriront tout ce que j'ai fait, ils passeront ainsi d'un pays à un autre, et iront en captivité.

12. Le chef qui est au milieu d'eux, sera emporté sur les épaules ; il sortira dans l'obscurité ; ils perceront la muraille pour le faire sortir de la ville ; son visage sera couvert d'un voile, afin que son œil ne voie rien sur la terre ;

13. Et je jeterai mon rete sur lui, et il sera pris dans mon filet ; je l'emmennerai à Babylone dans la terre des Chaldéens ; cependant il ne la verra point, et il y mourra.

14. Je disperserai de tous côtés tous ceux qui sont autour de lui, tous ceux qui le gardent et qui composent ses troupes ; et je les poursuivrai l'épée nue.

15. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, quand je les aurai répandus en divers pays, et que je les aurai dispersés parmi les peuples.

16. Et je me réserverai d'entre eux un petit nombre d'hommes qui échapperont à l'épée, à la famine et à la peste, afin qu'ils publient tous leurs crimes parmi les nations où ils auront été envoyés, et qu'elles sachent que c'est moi qui suis le Seigneur.

17. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

18. Fils de l'homme, mangez votre pain dans l'épouvante ; buvez votre eau à la hâte et dans la tristesse ;

19. Et vous direz à ce peuple : Voici ce que le Seigneur Dieu dit à ceux qui habitent dans Jérusalem, dans le pays d'Israël : Ils mangeront leur pain dans la frayeur, et ils boiront leur eau dans l'affliction ; et cette terre autrefois si peuplée deviendra toute désolée, à cause de l'iniquité de tous ceux qui y habitent.

20. Ces villes qui sont maintenant habitées, deviendront une solitude ; la terre sera déserte ; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

21. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

22. Fils de l'homme, quel est ce proverbe qu'ils font courir dans Israël, en disant : Les maux qu'on nous prédit sont différés pour longtemps, et toutes les visions des prophètes s'évanouiront ?

23. Dites-leur donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je ferai cesser ce proverbe ; on ne le dira plus à l'avenir dans Israël. Assurez-leur que les jours et l'accomplissement des visions sont proches.

24. Non enim erit ultra omnis visio cassa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Israël.

25. Quia ego Dominus loquar : et quodcumque locutus fuero verbum, fiet, et non prolongabitur amplius : sed in diebus vestris, domus exasperans, loquar verbum, et faciam illud, dicit Dominus Deus.

26. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

27. Fili hominis, ecce domus Israël, dicentium : Visio quam hic videt, in dies multos : et in tempora longa iste propheta.

28. Propterea dic ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Non prolongabitur ultra omnis sermo meus : verbum quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — IN MEDIO DOMUS EXASPERANTIS, id est, rebellis, ut supra cap. 2, vers. 5, 6, 8, et cap. 5, vers. 9, 26, 27. Domum autem vocat familiam, populum, gentem Judæorum, quasi dicat, inter homines rebelles et immeritos versaris. QUI OCCLOS HABENT AD VIDENTIUM. Videre et audire ambigunt sumitur hoc loco. Nam priori loco significat sensibus corporis percipere ; secundo loco, animo comprehendere, visisque et auditis morem gerere. Itaque non est hoc contrarium Christi sententiæ, Matth. 11, 15. Illic enim audire non significat sensu, sed animo percipere.

VERS. 5. — FAC MIHI VASA TRANSMIGRATIONIS, id est, collige sarcinas, quemadmodum colligi solent ab iis qui ex uno loco in alium transmigraturi sunt, vasa instrumenta et supellectilem vocat ; sicut Latini dicunt, *convasare*. Vult non solum verbis, sed etiam factis docere futuram illis captivitatem imminere, ut, si non auditu, aspectu saltem miserabili transmigracionis moventur. ET TRANSMIGRABIS. Hebr. verbum activè mihi videtur hoc loco accipi debere ; non enim significat migrare ; sed transferre sarcinas ex uno loco in alium, ut explicatur vers. 4. PER DIEM. Interdium, non noctu, ut te populus sarcinas transferentem videre possit, ut explicatur vers. sequenti. SI FORTE ASPICIANT, id est, ut experiar an hæc saltem ratione animadvertant se rebelles esse, et ad penitentiam moventur ; vel, ut experiar, an aspectu hujus rei intelligant sibi esse migrandum, populus enim rebellis et durus est, qui non verbis, sed factis ac rebus moveri potest.

VERS. 4. — QUASI VASA TRANSMIGRANTIS, id est, sicut sarcina transmigrantium efferi solent : portans alia in humeris, alia in manibus, alia in iumento. R. David, *habens baculum in manu, et saccum super humeros*. Alii, *quasi vasa transmigracionis*, id est, versè, non fiet, quod non probò. TU AUTEM EGREDIERIS VESPERE. Hoc propterea fortassè dicit quod Sedecias, cujus hic captivatem premonstrabat, ut versu decimo declaratur, noctu effugit, 4 Reg. 25, 4, et Jerem. 39, 4, et 52, 7. SICUT EGREDIENS MIGRANS, id est, vesperi, ut dixit psal. ante. Solent enim qui ex una domo in alium demigrant, interdum sarcinas et supellectilem transferre, ipsi verò nocte migrare.

24. Les visions désormais ne seront point vaines ; et les prédictions ne seront point incertaines au milieu des enfants d'Israël.

25. Car je parlerai moi-même qui suis le Seigneur ; et toutes les paroles que j'aurai prononcées seront accomplies sans retarder davantage ; et pendant vos jours mêmes, peuple qui ne cessez de m'irriter, dit le Seigneur Dieu, je parlerai, et j'exécuterai ce que j'aurai dit.

26. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

27. Fils de l'homme, la maison d'Israël a coutume de dire : Les visions de celui-ci sont bien éloignées ; et il prophétise pour les temps futurs.

28. Dites-leur donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mes paroles désormais ne seront point différées ; tout ce que j'ai dit s'accomplira, dit le Seigneur Dieu.

VERS. 5. — PERFODE PARIETEM. Ezechiel duas in hæc parabolâ personas gerat : alteram hostis, muros urbis perfodientis ; alteram Sedecia et populi fugientis. Ejus domum urbem significabat ; vasa transmigracionis, spolia que ab hostibus Babylonem transferenda erant. ET EGREDIERIS PER EUM, per parietem perfossum, ut indicaret fore ut Sedecias non peritium urbis, sed per ostium horti regii, quasi per angustum muri foramen effugeret, 4 Reg. cap. 25, vers. 4, et Jerem., cap. 39, vers. 4, et cap. 52, vers. 7. Hebr. *Et efferes per eum, sub. sarcinas tuas*, ut explicatur versu sequenti.

VERS. 6. — IN HUMERIS PORTABERIS. Eodem modo Sept. legerunt ; atque ita Hebraica, si puncta tollas, legi possunt *thissa*, sensusque est ut alienis ipse humeris portetur, ad significandum fore ut cives non spontè ex urbe ; sed vi exportati migrarent. Hebræi, Chaldæi paraphrastes, et Hieronymus activè legunt. In humeris portabis (sarcinas tuas) sicut in emigratione feri solet. Hoc est quod dixit vers. 4 : *Efferes foras vasa tua, quasi vasa transmigrantis*. IN CALIGINE EFFERERIS. Similiter hoc loco Hebræi activè legunt, *efferes* (sub. sarcinas tuas). Septuaginta verò, Hieronymus et Chaldæus verbo neutro, in tenebris egredieris. Sensus est multò melior. Nam Hebræorum interpretatio contraria est superiori sententiæ, vers. 5 et 4, ubi Deus jussit prophetam vasa transmigracionis per diem effere. Hæc autem consentanea iis que vers. 4 dicta sunt : *Tu autem egredieris vespere*, et iis que hoc loco sequuntur ; quanquam Hebræorum expositio versu sequenti confirmatur, ubi dicitur : *In tenebris super humeros extuli*. Itaque possumus dicere versu 5 et 4, *Jussum fuisse prophetam majores sarcinas per diem effere, hoc autem loco minore aliquam, quales ultimo loco relinquunt, super humeros portare*. Malo tamen *hoisethi, pro atzath*, accipere unâ conjugatione pro alterâ positè. Nam vers. 12, dicitur de Sedecia : *In caligine egredietur, in humeris portabitur ; faciem tuam velabis*. Sicut homo qui pudore affectus non vult videri neque cognosci. Significabat hoc fore ut Sedecias excecatus transferretur Babylonem, ut Hieronymus ait ; et ut noctu fugeret, ut postea factum legitimus, 4 Regum, cap. 25, 4,

et Jerem. cap. 59, 4, et cap. 52, 7. **QUA PORTENTUM DEDIT TE.** Posui te quasi signum rerum futurarum, spoliatiois urbis, migrationis civium, execrationis et captivitatis regis.

VERS. 7. — IN NUMERIS PORTATUS. Hebraice, in tenebis extasi super humeros (sarcinis meas), quod paulo ante interpretati sumus.

VERS. 9. — NUMQUID NON DIXERUNT? Præteritum Hebraicum pro futuro, id est, certum est fore ut dicant, cum viderint te hæc facientem: Quid sibi volunt ista que facis?

VERS. 10. — SUPER BOCEM. Hebr., ducis est onus hoc, id est, gravis et calamitosa propheta, ut Isai. cap. 15, 1, et cap. 14, 25, 28, et cap. 15, 1, et cap. 17, 1, et cap. 19, 1, et cap. 21, 1. Ducem autem intellegit Sedeciam, quasi dicat, Sedecie canitur hæc canio. Itaque Sept. per dativum reddiderunt, *principi et duci*. Chaldaeus verò paraphrastes, et noster interpres præpositionem *al. contra, super, de*, quam Hebraice intellegi poterunt, addidit. Et **SUPER OREM DOMUM ISRAEL.** Putant aliqui Israel hoc loco vocari eos, qui ex decem tribubus cum duabus in Jerusalem mixti erant. Ego generaliter hæc nomina accipi arbitror, ut omnes duodecim tribus comprehendat, quemadmodum multis aliis locis adnotavimus.

VERS. 11. — SIC FIET ILLIS. Subita mutatio personæ prophetis usitata. Dixerat enim: *Ego portentum vestrum.* Nunc dicit, *fiet illis*, id est, vobis. Et **IN CAPTIVITATEM.** Addidit, in *captivitate* ad differentiam Joachin, et eorum qui se cum illo regi Babylonis traderunt, 4 Reg., c. 24, vers. 15. Illi enim in migrationem ierunt; sed non in captivitate; quia non vi capti, sed sponte dediti sunt. Quam differentiam Jeremias diligenter servare solet Jeconie transmigrationem, Sedecie captivitate vocans.

VERS. 12. — DEX. Sedecias, qui est in medio eorum, qui nunc securus est, et nihil timens, ut 4 Reg. 4, 15: *In medio populi mei habito*, id est, securus, et sine ullis inimicis, et Psalmo 109, 2: *Dominare in medio inimicorum tuorum*, et Luca 4, 30: *Ille autem transiens per medium illorum ibat*, id est, securus. Est enim Hebraismus. **IN NUMERIS PORTABITUR.** Sept. et noster interpres, et Hieronymus passivè legunt *issa, portabitur*. Chaldaeus verò paraphrastes, et Hebræorum interpretes activè, *portabit*; ut sup., vers. 6. Uterque sensus recte convenit. Nam si passivè legamus, sensus erit Sedeciam humeris suorum portatum fuisse dùm fugeret, 4 Reg., cap. 25, 5, et Jerem., cap. 59, 5, et cap. 52, 7. Quod quamvis Scriptura non exprimat, tamen verisimile est suorum humeris sublatum fuisse; si activè interpretetur, sensus erit quem tradit R. David, in *humeris portabit*, sub. vestes suas, ut magis expeditus fugiat, sicut solent facere fugientes. **PARIETEM EFFODIENT.** Quia per hortum suum fugit, non per portam. Nec hoc Scriptura factum narrat; sed credendum est, quia id Ezechiel prædicit, factum fuisse, texisseque regem faciem dùm fugeret, ne cognosceretur.

VERS. 15. — ET EXTENDAM RETE MEAM SUPER EUM.

RETE SUUM VOCAT DEUS exercitum Chaldaeorum, qui fugientem Sedeciam persecutus est, 4 Reg. 25, 5, et Jer. 39, 5, et 52, 7. Utiur autem metaphorè retis, ut alludat ad modum quo Sedecias captus est; captus enim est fugiens tanquam fera in desertum, ut ille dicitur. **IN SAGENA MEA, in reti meo.** Et IPSAM NON VIDERIT. Quia oculus illi rex Babylonis eruit in Rehatha, 4 Reg., c. 45, v. 7, et Jerem. cap. 59, v. 7, et cap. 52, v. 10. Hæc verba cum non intellegeret Sedecias, putavit falsa prophetam vaticinari, ut auctor est Josephus, lib. 10 Antiquitatum, cap. 10.

VERS. 14. — ET GLADIUM EVAGINABO POST EOS, id est, efficiam ut hostis eos, quocumque pergant persecutur, ut sup., cap. 5, 2, 12.

VERS. 16. — A GLADIO, ET FAME, ET PESTILENTIA, id est, qui gladio, fame et peste non percant. **UT ENABRENT.** Ut eluceat apud barbaras gentes justitia mea, cum auditis eorum sceleribus cognoverint justè à me punitos fuisse.

VERS. 18. — IN FESTINATIONE. In tremore. Hæc enim futuram captivitatem et execrationem Sedecie descripsit, urbisque direptionem. Incipit nunc futuram famem et trepidationem prædicere. Comedere panem in conturbatione, et bibere aquam in festinatione duo significare potest; aut tantum esse futurum metum in civitate, ut nec panem cives comedant, nec aquam bibant sine trepidatione; aut tantam famem futuram esse, ut ad mensuram panem comedant, et aquam bibant timentes ne deficiant, ut in obsidione fieri solet; quemadmodum dixit cap. 4, vers. 16: *Ece ego conteram baculum panis in Jerusalem, et comedent panem suum in pondere et in sollicitudine; et aquam in mensura, et in angustia bibent.*

VERS. 19. — UT DESOLETUR TERRA, id est, ita habitatoribus fame, sitique pereuntibus, terra desolata maneat, vel, quod mihi magis placet, quia desolabitur terra ejus à multitudine suâ, id est, ab ubertate suâ, à copiâ frugum. Hebr., à plenitudine suâ, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea, Psal. 106, 34: *Posuit terram fructiferam in salsuginem à multitudine inhabitantium in ea.*

VERS. 22. — IN LONGUM DIFFERENTUR. Insinuatio est; plus enim significatur quam dicitur. Dicitur: *In longum*, et intellegitur: In sempiternum; volebant enim ex eo quod ad aliquod tempus ea que propheta de captivitate prædixerant, non evenissent, argumentari, nunquam eventura, ut de die iudicii quidam argumentabantur, 2 Petri, 3, 4: *Ubi est promissio aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ.* Similis apud Jeremiam incredulitas notatur, cap. 17, 15: *Ece ipsi dicunt, ad me: Ubi est verbum Domini? veniat, et infra apud hunc, ipsum prophetam cap. 53, 31: Audiant sermones tuos, et non faciunt eos, quis in canticum oris sui vertunt illos.* Et **PERIBIT OMNIS VISIO**, id est, vana erit, et cassa omnis Jeremie et Ezechielis propheta, qui captivitate nobis minantur.

VERS. 25. — ET LOQUERE. Quin potius loquere ad eos, appropinquare jam dies.

VERS. 24. — NEQUE DIVINATIO AMBIGUA, quia omnia que Propheta prædixerunt, tam perspicue evenient, ut nemo possit ambigere impletam esse prophetiam. Hebraei interpretantur: *Non erit divinatio blanda*, id est, non erunt pseudoprophete, qui populo blanda loquantur, eumque decipiant. Eodemque sensu Chaldaeus paraphrastes, et Septuag. verterunt. Sed versio et interpretatio Hieronymi melior est: Quod enim

CAPIT. XIII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: et dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini:

3. Hæc dicit Dominus Deus: Vae prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident.

4. Quasi vulpes in desertis, prophete tui, Israel, erant.

5. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.

6. Vident vana, et divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos: et perseveraverunt confirmare sermonem.

7. Numquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? et dicitis: Ait Dominus, cum ego non sim locutus.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, et vidistis mendacium, et ideò ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus.

9. Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium: in consilio populi mei non erunt, et in scripturâ domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: et scietis quia ego Dominus Deus:

10. Eò quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, et non est pax: et ipse edificabat parietem, illi autem lineabant eum luto absque paleis.

11. Die ad eos qui liniunt absque temperaturâ, quod castrum sit: erit enim imber inundans, et dabo lapides præagrades desuper irruentes, et ventum procelle dissipantem.

12. Siquidem ecce cecidit paries: numquid non dicitur vobis: Ubi est litura, quem liniistis?

13. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione meâ, et imber inundans in furore meo erit: et lapides grandes in irâ in consumptionem.

14. Et destruam parietem, quem liniistis absque temperamento: et adæquabo eum terræ, et revelabit fundamentum ejus: et cadet, et consumetur in medio ejus: et scietis quia ego sum Dominus.

15. Et complebo indignationem meam in pariete, et in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, et non sunt qui liniunt eum.

non loquatur Deus de pseudopropheta, sed ac suis ac veris, constat ex versu sequenti: *Quia ego Dominus loquar, et quocumque locutus fuero verbum fiet.*

VERS. 25. — IN DIEBUS VESTRIS, id est, qui in diebus vestris per prophetas meos prædixerò antequam moriamini, evenient. **DOMUS REASPERANS**, domus rebellis, ut supra vers. 2 et 5.

CHAPITRE XIII.

1. Le Seigneur me parla encore en ces termes, et me dit:

2. Fils de l'homme, adressez vos prophéties aux prophètes d'Israël, qui se mêlent de prophétiser; et vous direz à ces gens qui prophétisent de leur tête: Écoutez la parole du Seigneur.

3. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Malheur aux prophètes insensés qui suivent leur propre esprit, et qui ne voient rien.

4. Vos prophètes, ô Israël, ont été comme des renards dans les déserts.

5. Vous n'êtes point montés contre l'ennemi, et vous ne vous êtes point opposés comme un mur pour la maison d'Israël, pour tenir ferme dans le combat, au jour du Seigneur.

6. Ils n'ont que des visions vaines, et ils ne prophétisent que le mensonge, en disant: Le Seigneur a dit ceci: quoique le Seigneur ne les ait point envoyés; et ils persistent à assurer ce qu'ils ont dit une fois.

7. Les visions que vous avez eues, ne sont-elles pas vaines, et les prophéties que vous publiez, ne sont-elles pas pleines de mensonge? et après cela vous dites: C'est le Seigneur qui a parlé, quoique ce ne soit point moi qui aie parlé.

8. C'est pourquoy voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que vous avez publié des choses vaines, et que vous avez eu des visions de mensonge, voilà que je viens à vous, dit le Seigneur Dieu.

9. Ma main s'appesantira sur les prophètes qui ont des visions vaines, qui prophétisent le mensonge. Ils ne se trouveront point dans l'assemblée de mon peuple; ils ne seront point écrits dans le livre de la maison d'Israël; ils n'entreront point dans la terre d'Israël; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu:

10. Parce qu'ils ont séduit mon peuple en lui annonçant la paix, lorsqu'il n'y avait point de paix; et que lorsque mon peuple bâillait une muraille, ils l'ont enduite avec de la boue seule, sans y mêler de la paille:

11. Dites à ceux qui enduisent la muraille sans y rien mêler, qu'elle tombera, parce qu'il viendra une forte pluie, que je ferai tomber de grosses pierres, qui l'accableront, et souffler un vent impétueux qui la jettera par terre.

12. Et quand on verra que la muraille sera tombée, ne vous dira-t-on pas alors: Où est l'enduit dont vous l'avez enduite?

13. C'est pourquoy voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je ferai éclater des tourbillons et des tempêtes dans mon indignation; les torrents de pluie se débordent dans ma fureur, et de grosses pierres tomberont dans ma colère pour renverser tout ce qui se reconstruit.

14. Et je détruirai la muraille que vous avez enduite sans y rien mêler avec la boue; je l'égaliserai à la terre, et on verra paraître ses fondemens; elle tombera, et celui qui l'avait enduite sera enveloppé dans sa ruine; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

15. Et j'assourirai mon indignation dans la muraille, et dans ceux qui l'enduisent sans y mêler ce qui l'aurait affermie; je vous dirai alors: La muraille n'est plus; et ceux qui l'avaient enduite, ne sont plus.

16. Propheta Israel, qui prophetat ad Jerusalem, et videt et visionem pacis : et non est pax, ait Dominus Deus.

17. Et tu, Fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetat de corde suo : et vaticinare super eas.

18. Et dic : Hæc dicit Dominus Deus : Væ quæ consumunt pulvillus sub omni cubito mandis, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas : et cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum.

19. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, et fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, et vivificarent animas quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

20. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad pulvillus vestros, quibus vos capitis animas volantes, et dirumpam eos de brachiis vestris : et dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum.

21. Et dirumpam cervicalia vestra, et liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt ultra in manibus vestris ad prædandum : et scietis quia ego Dominus.

22. Pro eo quod mœrere fecistis cor justî mendaciter, quem ego non contristavi : et confortastis manus impij, ut non reverteretur à viâ suâ malâ, et viveret :

23. Propterea vana non videbitis, et divinationes non divinationibus amplius, et erunt populum meum de manu vestra ; et scietis quia ego Dominus.

VERS. 2. — DE CORDE SVO, id est, animi sui, figmentâ, non Dei verba.

VERS. 3. — SEQUENTUR SPIRITUM SUUM, ET NIHIL VIDENT. Et, hoc loco pro, cum, ponitur, quasi dicat : Cum nullam à Deo revelationem acceperint, prædicant quidquid illis mentem et in buccam venit.

VERS. 4. — QUASI VULPES IN DESERTIS, in parietinis, ut Symmachus et Theodotio auctore Hieronymo verterunt. R. David interpretatur maceriam vinearum, in quibus vulpes delitescunt, vineasque depopulantur ; israeliticum populum vineæ, pseudoprophetas vulpibus comparari, ut Cant. 2, 15 : *Capite nobis vulpes parvulas quæ demoluntur vineas, nam vinea vestra floruit.* Mihi alius videtur esse sensus ut pseudoprophetas vulpibus comparet, quod timidi sint et ingruente periculo, non sese opponant hostibus, sed veluti vulpes in suis cavernis delitescant, ut versu sequenti declaratur.

VERS. 5. — NON ASCENDISTIS EX ADVERSO. Hebr., in rupturas, quod Hebræi de principibus interpretantur, qui obsessâ urbe, ruptoque muro, non sese loco muri opposuerint, urbemque defenderint. Melius mihi videtur Hieronymum exponere de pseudopropheta. Est enim mutatio persone. Nam de quibus paulo ante per tertiam personam locutus est, iis nunc per secundam

16. Iis ne sont plus, ces prophètes d'Israël, qui se mêlaient de prophétiser à Jérusalem, et qui avaient pour elle des visions de paix, lorsqu'il n'y avait point de paix, dit le Seigneur Dieu.

17. Et vous, Fils de l'homme, tournez le visage contre les filles de votre peuple, qui se mêlent de prophétiser de leur tête ; et prophétisez contre elles.

18. Et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur à celles qui préparent des coussinets pour les mettre sous tous les coudes, et qui font des oreillers pour en appuyer la tête des personnes de tout âge, afin de surprendre les âmes ; et qui, lorsqu'elles ont surpris les âmes de mon peuple, les assurent que leurs âmes sont pleines de vie.

19. Elles ont détruit la vérité de ma parole dans l'esprit de mon peuple pour un peu d'orge, et pour un morceau de pain, en menaçant de la mort les âmes qui ne devaient point mourir, et promettant la vie à celles qui ne devaient point vivre, et séduisant ainsi par leurs mensonges la crédulité de mon peuple.

20. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Voilà que je viens à vos coussinets par lesquels vous surprenez les âmes, comme des oiseaux qu'on prend dans leur vol ; je romprai vos coussinets entre vos bras ; et je laisserai aller les âmes que vous avez prises, ces âmes qui devaient voler.

